

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9439

Auteur(s) : Philippe de Landivy [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1168-1200]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe de Landivy confirme les dons faits à l'abbaye de Savigny par Riulf de Landivy sur la terre du Teilleul.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. 302, I, n° CXVII, p. 149-150 et VII, n° CXVII, p. 79-80. Copie du XXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° CXVII)

Texte d'après C

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Philippus de Landavico miles salutem. Noverit universitas vestra quod ego dedi et concessi Deo et abbacie Savigneii et monachis ibidem constitutis in perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam quicquid juris habebam in terris de Thelleio et de la Morenesche quas Rilufus de Landavico miles et alii qui de eo tenebant eisdem divine pietatis intuitu contulerunt. Quare volo et precipio ut easdem habeant et teneant libere et quiete et integre et plenarie et honorifice in viis et haliis in pratis et pascuis in aquis et stannis et vivariis nichil michi et heredibus meis in omnibus hiis deinceps retinens possidendum. Pro ista vero donatione et concessione abbas et monachi dicti X libras cenomannensium michi donaverunt, pepigerunt itaque se dominum Willelmum de Filgeriis ad hoc inducere ut calceiam et molendinum apud Pontem Auberee ego et ipse mecum commune faceremus et postquam super hiis in unum ego et idem Willelmus consensuimus, monachi ab ista pastione quicquid inter nos decetero contingat remanebunt absoluti sed dum molendinum cum calceia factum tunc X alias libras cenomannensium michi persolvent, monachi pretaxati quod si ab instanti festivitate sancti Johannis Baptiste aliquo casu factum non fuerit usque in sequentem annum sepe dicti monachi X acras terre en Leschacierie pro eo juris quod in dictis terris possidebam assignabunt, ad utriusque igitur partis utilitatem idipsum litteris annotari et sigilli mei munimine volui roborari. Hii sunt testes, Robertus de Moretonio, supprior Ricardus de Espineiz, Ranulfus Piscis, Hugo de Meduana, Gaufridus de Luceio, Robertus de Landavico, Hamelinus Ferrant, Petrus Anglicus, Willelmus de Aubeiz et plures alii.